









1714.

1. Berger, Dr. Gottlieb: *Novum senticuli. Sip. med.*  
Wittenberg 1714
2. Bergerus, Dr. Gulielmus: *Canticorum circa bibliothecas.*  
--- publico eruditorum examini submittit.
3. Beyerus, Georgius: *De obligacione successoris illustris*
4. Calos, Joannes Maria: *Repudiationis leges demonstrantur.*  
Iusti Christi formularis et syllogisticae dispensa-  
menta.
5. Gruber, Michael: *De usu tormentorum apud Alte-  
nienses*
6. = Gruber, Michael: *De repetitione tormentorum  
enpresso infinitante 3. Graep. 1714. 1714. 1735. 291.*
7. Horkungius, Dr. Godofredus: *Teletoria Tonina.*
8. Hoffmann, Christianus: *De perpetuatione  
actuum.*
9. = Horn, Kipp. Hendricus; Collegii Tritium Rosanus?  
et Deputationum solennem Christiani Era.

Fuylsugi . . . instat 29 resp. 1714 - 1739.

1714.

11. Klansing, Henricus: De veritate reali' com'  
nosstate notionali' collata.

11<sup>o</sup> Klansing

12. Krausius, Dr. Gottlieb: Dissertationen iuridicæ,  
qua regisita hypothœne conventionalis  
in basis immobiliarum - constitutio[n]e exstantar  
- - publicæ ventolatiōn[is] admittit

13. Loescher, Mart. Gottlieb: De tubilia pneumatica

14. Wagnerus, Gottlieb: Viri arte et morte clari.

15. Wernherus, Dr. Breth: Ordinis iureconsultorum


- - - Decanus: lectio 1. d.: (ad) Neap.

laborum solennem Dr. Georgii Conrad  
instat.

16. Wundatis, Klop. Fal.: De honestae femininae

et suendam mem perturbationi, noster

Am oberen breitstatorum?



780.  
DISPV TATIO JV RIDICA  
*Q. D. B. V.*  
*DE*  
**PERPETVATIONE  
ACTIONVM,**  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
DOMINO

**FRIDERICO AVGVSTO,**  
PRINCIPE REGIO ET SAXONIÆ  
HEREDE ETC. ETC.

PRÆSIDE  
**CHRISTIANO Hoffmanni**  
PHIL. ET I. V. D. ET CONS. ECCL. ADV.

IN AUDITORIO JV RIDICO  
DIE NOV. M. DCC. XIV.  
PVBlice VENTILANDAM  
PROPONET

**IO. GODOFR. NVRNBERGERVS,**  
ADVOC. IMMATRICVL. ET NOT. PUBL. CÆS.

---

VITTEBERGÆ  
LITERIS HORNIANIS.

PERPETVATIONE  
LIBERATIONE

PERPETVATIONE  
AGITATIONE

PERPETVATIONE  
INVENTIONE  
DOMINO.

PERPETVATIONE  
INVENTIONE  
DOMINO.

CHRISTIANO & DOMINO  
INVENTIONE  
DOMINO.

IN GOODI NUNPREGERA  
TOMA TONI TONI TONI  
INVENTIONE  
DOMINO.



I. I.  
DISPVVTATIO IVRIDICA  
De  
PERPETVATIONE ACTIONVM.



I. Iraque ordo ubique obseruandus atque principium, ita, ut haud bono peragantur exitu, quae malo sunt inchoata principio, *c. l. q. i. c. 25.* et uniuscuiusque rei potissima pars sit principium *l. i. n. de Orig. Inr.* Sic etiam in hoc opere, satis hac de re moniti, ab onomatologia ipsius tituli initium facere constituiimus.

§. 1. Deducuntur autem perpetuitatis canabula a *τό* perpetuare seu perpetuus, quod denotat continuum, non interruptum, aut intermissum; Hinc *Cic. I. Tuscul. c. 41.* dicit: Perpetuitas temporis et laudis *to fam. epif. 25.* uoluntatis *3. ad Q. frar. epif. 5.* Perpetuum uero est, quod et principium habuit et habebit finem, dicitur igitur hic perpetuum in sensu civili et oppositio ad temporale, uti Seruitus itemque actio perpetua per illustr. Berger Oecon. *Inr. l. 2. t. 2. §. 26. n. 13.*

§. 2. Quod uero Actionis uocabulum attinet, quoniam ipsius definitio satis nota eam merito omittimus et tantum dicimus, quod actio hoc loco, non quemuis denotet motum a facultibus hominis procedentem *Pufendorff. de Offic. hom. et Ciu. l. 1. c. 1.* Sed quod hic consideretur, quantum Ius in Iudicium deducendum, seu quatenus medium est ab iuris exigendi quod alicui debetur, *Hopp. Comment. Insti. de Act. in pr. uel quatenus in Iudicio inflittenda & exercenda l. i. n. de stat. hom. Hopp. in Exam. Insti. de Act. q. 1.* Hinc etiam actio describitur, quod nihil aliud sit, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, *pr. Insti. de Act. quo*

Fundamento etiam Perpetuatio Actionis in genere dici potest certa duratio actionis in iudicium deductae.

§. 3. Hisce libatis, non opus erit plura de enodatione tituli ad jicare, siquidem neque deriuatio, neque significatio et acceptio uocabulorum quicquam difficultatis habet. Hinc, quoniam res ipsa loquitur, haec omnia mittimus, et ad rem ipsam nos merito conuertimus, quam ob causam etiam in praesenti describimus Perpetuationem Actionis, quod sit certa ac leg: definita duratio litis in iudicium deductae et postea, lite contestata, silentio iterum traditae, l. i. §. 1. C. de Annal. Except. l. fin. C. de Praef. 30. vel 40. ann. l. g. §. 5. n. de Iureiurand. et l. 139. n. d. R. 7. l. fin. n. de Fideiust.

§. 4. Efficit quidem haec perpetuatio siue duratio actionum uno eodemque modo nempe per lites contestationem, diuiduntur tamen actiones a Dd. ratione durationis et prescriptionis in temporales et perpetuas, et actionem quae sua natura temporalis est, candem per litis contestationem usque ad triginta annos extendi. p. l. g. §. 3. n. de Iureiurand. l. 139. n. de R. l. et l. fin. n. de Fideiust. Lauterbach, ad n. l. 5. t. 1 de Iudic. lit. E. et Hopp. in Comment. ad Inst. l. 4. t. 12. §. 1. de perpet. et temporal. act. quae uero natura sua perpetua, candem per litis contestationem ad quadraginta annos ab ultimo actu judiciali computandos porrigi dicunt p. l. fin. C. de Praef. 30. vel 40. ann. per illiusfr. Berger in Oecon. Iur. l. 2. t. 2. et 26. n. 13. Magnif. VVernher. Compend. Iur. l. 2. t. 7. §. 20. et Hopp. l. c. Sic ante omnia hic semper respiciendum, num actio, de cuius perpetuitate sermo est, sit temporalis, siue perpetua, siquidem etiam pro hac differentia uel triginta uel quadraginta annos durat; Hodie tamen nulla actio simpliciter et absolute perpetua est, quia omnes certo tempore expirant, dicuntur tamen perpetuae secundum quid et respectu aliarum actionum, quae breviori spatio finiuntur; sic actio quae uiginti annos et ultra durat, illa dicitur perpetua, quae uero tanto tempore non durat, illa dicitur temporalis Hopp. in Comment. ad Inst. l. 4. t. 12. de Perpet. et temporal. act. item. de Act. pr.

§. 5. Quod autem duratio cuiusvis actionis non sit eadem, hoc ex praecedentibus est colligendum. Quousque uero cuiuscunque actionis spatium durat, hoc leges atque iura maxime declarant, quare etiam ex l. g. §. 3. n. de Iureiurand. l. fin. n. de Fideiust. et l. 139. pr. n. de R. 7. colligitur, quod in genere actio quas sua natura temporalis, per litis contestationem extendatur usque ad triginta annos, quae uero sua natura perpetua, eam per litis contestationem porrigi ad quadraginta annos l. fin. C. de Praef. 30. vel 40. ann. et l. i. §. 1. C. de Annal. Except. satis probant. Vbi

etc.

etiam ratio huius perpetuationis additur, quod nempe melior debeat esse conditio illius, qui in iudicium uenit, et certamina subiit, item autem implere forte praepeditus fuit, quam illius, qui penitus omnino tacuit. *Hopp.* in *Comment. ad Inst. §. 2. de Perpet. et temporal. act.*

§. 6. Excipiuntur tamen ab hac regula nonnullae actiones, quibus leges breuius constituerunt Spatium, quas inter etiam refertur actio doli, quae hoc peculiare habet, ut non tantum instituenda sit intra biennium, sed etiam instituta finiri debeat intra illud tempus, ita ut litis contestatione non perpetetur. *L. fin. C. de dol. mal. l. 1. §. 3. π.* Ne de stat. defunct. quod tamen intelligentum de actione doli in specie sic dicta, non uero de actione in factum, qua nempe agitur ad restituendum id, quod ad eum, quid dormitum admisit, eiusue heredes peruenit, haec enim est perpetua *L. 28. π. de dol. mal. et Sichard. ad c. l. 28 et 29. itemque B. Brunnemann.* quod quoque dicendum de exceptione doli *L. s. fin. π. de Except. dol.* plura uideri possunt apud *Mynsing. in Apotelesm. Inst. l. 4. t. 12. §. 1. de Perpet. et temporal. act.* ubi etiam ad hanc exceptionem referre uidetur reuocationem latae sententiae de ingenuitate alicuius *p. l. 1. §. sed interdum et l. 7. §. ult. ff. de stat. defunct. et l. 1. C. cod.*

§. 7. Alioquin haec perpetuatio in omnibus actionibus, quam litis contestatio efficit, locum habet, et lite contestata, tunc, prout sunt, uel temporales uel perpetuae, extenduntur aut ad triginta aut quadraginta annos. Olim uero si actor, lite contestata, quocunque casu humano impidiretur, quo minus item profecti posset, lapsi triginta annorum spatio, nihilominus amitterebat actionem personaliter et realem, quod uero hodie per supra deducta fecis, ubi facis proditum dedimus quod etiam actiones in iudicium deductae, et postea, lite contestata, silentio traditae, perpetuentur, usque ad quadraginta annos et quidem a tempore nouissimae cognitionis seu, quo actor cessauit, computandos *B. Brunnemann. in Comment. ad c. l. ult. de Praescript. 30. uel 40. annor.*

§. 8. Porro inter omnes confat, quod nonnullae actiones breuiori, nonnullae uero longiori praescribantur: spatio; ubi in genere notandum, quod res mobilis iure ciuili triennio, immobilis uero inter praesentes decem, inter absentes autem uiginti annis praescribantur. *Hopp. in Exam. Inst. l. 2. t. 6. pr. de usucap. et long. tempor. praescript.* Idem quoque obtinet in praescriptione actionum, et quidem si actio est realis, tunc tamdui durat, quamdui durat ius in re; sic Rei Vindicatio rei mobilis triennio, rei uero immobilis decem, si sunt praesentes, et uiginti si absentes sunt, exspirat *arg. l. 7. im. fin. C. de heredit. petiti.* Huc quoque referuntur servitutes rebus im-

mobilibus coherentibus l. 7. et l. pen. C. de Servir. et l. 13. C. eod. et ratio haec est, quia etiam totidem annis rerum dominium amittitur. §. 3. Inf. de Vfscap. Si uero personalis, quae nempe ex conuentione aut delicto descendit, illa in genere triginta annis terminatur l. 3. C. de Praescript. 30. uel 40. ann. Hoc non tantum procedit in actionibus, quae ad conuentione impiendam, sed etiam quae ad impugnandam et rescindendam tendunt, exceptio tamen est in querela inofficiosi testamenti, quae quinquennio exipiat. l. 8. §. fin. m. de inoffic. test. Et actiones mixtæ, quia iure personali, quod iis simul inest, aestimantur, durant per triginta annos l. 3. C. de Praescript. 30. uel 40. ann. et l. 1. §. 6. C. de Annal. Except. Actio uero quae ex delicto datur, si Fiscus vel ciuitas agit etiam extenditur ad quadraginta annos, ubi tamen notandum, quod hoc fatem uerum, si ex delicto civiliter agatur, fiscus si criminaliter, nati tunc viginti anni sufficiunt l. 12. C. ad l. Cornel. de Est. exceptis tamen iis, quibus lex breuiorem terminum præscriuit.

§. 9. Iam etiam disquirendum uenit, numne etiam aliae causæ praeter hanc contestationem dentur, quae perpetuationem efficerent queant? Et affirmativa responsio placet; Nam non immentio refertur huc recognitio et iurata diffessio documentorum, quae, si legitime facta, quoque perpetuationem operatur, et ratio haec est, quia pro litio contestatione habetur Zanger. de Except. p. 1. c. 2. n. 24. Coler. de Process. Excent. p. 3. c. 1. n. 97. et Suendorff ad Fibig. p. 506. Siquidem etiam sufficit, quod actio in iudicium deducatur et cognitionalia acceperit certamina, exinde itaque, emissis diversis temporibus citationibus, habitisque terminis, pro ratione negotii fundatum etiam consequitur iudicium l. 1. §. 1. C. de Annal. Except. et Philipp. in Vf. præct. Inf. l. 2. t. 6. Elog. 31. n. 8. seqq. Carpz. Dec. 218. n. 14. seqq. quod etiam in aliis, ubi solennis litis contestatio non admittitur, obtinere uidetur, nam in causis summaris et ubi ex instrumento liquido agitur, plerumque non admittitur solennis litis contestatio, modo omnia facta libelli ex documento in continentis demonstrari queant, si non, tunc quoque litis contestatio locum inuenit. Suendorff. ad Fibig. p. 51. et Decif. nou. Sax. 12.

§. 10. Non minus ampliatur etiam haec sententia ex mente Dd. in eo casu, quando quidem lis reuera non est contestata, sed ob moram quandam rei impedita, ut non sit infœcta Richter in Consil. l. 1. c. 18. n. 40 fol. 19. qui ita dicit: Mora enim alterius alteri minime præiudicare debet, quin potius si per actorem non fletit, sed facto aduersarii quo minus lis fuerit contestata, tunc eadem pro contestata haberi debet. l. 2. C. ubi in rem act. et Gail. de P. P. c. 18. n. 15. Porro quoque Citationi effectum perpetuationis adscribere cupit Suendorff. ad Fibig. p. 96. n. 66. et quidem exinde, quia ea principium iu-

iudicij constitutat, §. fin. Inſt. de Poen. rem. litig. et Ord. Proceſſ. tit. 4. in p. rem quoque faciat litigiosam et per consequens etiam actionem perpetuam Aut. litigiosa C. de litigioſ. Nou. 112. c. 2. quod quidem tantum actionibus realibus, non vero personalibus tribuere uolunt, quo etiam collimare videatur Magnif. D. Wernher in Disput. de Iurisdictione Compend. Iur. Lauterbach. in fin. l. 2. t. 4. de in Ius uocando quando ita dicit. Quod citatio interrupat praeſcriptionem, perpetuetque Mandatarii uel delegati Iurisdictionem ad eum effectum, ut per mandatis mortem non expiret; Vnde nec hodie commissione ab imperante post citationem renunciari potest. Carpz. t. 9. Proz. a. 3. n. 78. seqq. Non etiam temporales actiones b. e. non efficit, ut temporales actiones sicut perpetuae. Is enim est demum litis contestationis effectus l. ult. C. de Praefcript. 30. ann. Vbi tamen circa haec monendum, quod actiones personales cum temporalibus h. l. uideantur confusae, et hoc ideo, quia l. ult. C. de praefcript. 30. uel 40. ann. non agit de actionibus temporalibus, sed personalibus et perpetuis, hanc quoque ob causam inferiptione uel summa huius legis ultimae C. de Praefcript. 30. uel 40. ann. non nullis exemplaribus praemissa, quae ita seſe habet: *Actio etiam temporalis perpetua efficitur et ad annos quadragesinta perpetuatur.* minime uidetur toleranda, siquidem ea, contra genuinum huius legis textum, quo in ne uocula de actionibus temporalibus reperitur, omnes vero Dd. ut Lauterbach. ad n. l. 5. t. 1. de Iudic. l. 2. Hopp. in Comment. ad Inſt. l. 4. t. 12. §. 1. Berger. Ocean. Iur. c. l. eandem, non tantum intuitu actionum perpetuaria allegare, sed etiam ad unum uere omnes staruere solent, quod actiones temporales per litis contestationem tantum ad tringita, non vero quadraginta annos extendantur. Obrecht. de litis contest. 6. 10. n. 35. et reliqui uid. supra. §. 6. seqq.

§. II. Progrediendum quoque ad libellum Principi oblatum, qui aequo litis contestationem facit, nec accurate libellum conuentionis offerendum, sed etiam eum ad obtinendum processum sufficere tradit Obrecht. de liee contest. c. 18. modo Principi libellus rite sit oblatus, et Rescriptum impetratum, quo tandem facta, duplice effectum habet, scilicet litis contestata, et ut eam actionem, quae alias non transit, transire faciat ad heredem actiue et passiue Brunnem. in Cod. ad Tit. quand. libell. Princip. oblat. lit. contest. fac. Huc autem faltem referendas esse actiones annales et praetorias l. 2. C. quand. lib. princip. oblat. lit. contest. fac. ostendit, ubi haud negandum, quin etiam hae actiones per hanc fistam litis contestationem perpetuantur. Brunnem. ad l. c. n. 6. et 7. Magnif. Wernher in Disput. quando libell. princip. oblat. lit. contest. fac. §. 25. Ultimo quoque loco iuramentum praefatu-

statum habet effectum perpetuationis *Setsfer.* l. 4. de *Iurament.* c. 7. n. 8. cum habeat effectum litis contestatae *Donell.* l. 24. c. 17. et 19. et per iusiusrandum aliquis constitutur in mora, sicut per item contestatam *Caball.* §. 3. n. 53. quia, dum reus deferit Iuramentum uidetur item contestari l. 9. π. §. 3. de *Iureiurand.* *Lud. Gomez.* in §. item si postulante. n. 5. 52. *Inst.* de *Act.* uid. *B. Brunnem.* ad x. l. 12. t. de *iureiurand.* ad l. 9. ad §. 3. n. 33. seqq. Idem effectus perpetuationis quoque obtinet tunc, quando lis in sententia pro facta habita.

§. 12. Litis contestationem necessario debet precedere libellus, qui etiam generalis, obscurus, incertus et plane ineptus esse potest l. 3. *C. de Annal.* except. ita, ut si quis ex pluribus causis ad diuersas quantitates generali proponit libellum, nec exprimit causam uel quantitatem, per litis contestationem nihilominus omnium obligationum facta est interruptio, quia generalis petitio sufficit ad interrumpendam praescriptionem in omnibus quae sub illa generalitate comprehendi possunt, adeo, ut, licet talis libellus non debeat procedere antequam declaretur, tamen quantum ad interrumpendam praescriptionem sufficit, *Petr. de Rauenna sing.* 24. *Mariana in Speculo p. 6. t. de libell. oblat.* n. 72. *Gail.* l. 1. obf. 62. n. 11. et *Obf.* 64. n. 7. et *Obf.* 66. n. 6. Inde quoque colligunt; Creditorem unum eundemque debitorem actionibus specie et numero diuersis, sibi obligatum uno libello, conuenire posse *B. Brunnem.* ad l. c. 3. et l. 52. §. 12. π. pro *socio Carpz.* p. 1. C. 2. D. 4. quod itaque de libello uerum, illud etiam ob identitatem ratio-uis trahi potest ad litis contestationem, ita, ut, licet non sit omnibus numeris abfoluta, interim tamen et effectum interrumpendi praescriptionem et perpetuandi sortiatur, eumque retineat, modo pure sit facta, uel etiam conditio adiecta sit purificata, uel exceptiones oppositae sine expressa prote-  
statione per litis contestationem uel alio modo iterum sint remissae, Nam eo ipso non est dubitandum, quin item contestatus fuerit, et si actor id fecit, quod ordo iudicarius postulat, non potest dici deles et otiosus l. 3. de annal. except. et *B. Brunnem.* ad b. l.

§. 13. Quemadmodum satis edictum, quod duplum litis contestatio producat effectum nempe, praescriptionis interruptionem, et actionis perpetuationem, ita etiam certum, quod hos duos effectus litis contestatio semper coniunctim et per necessariam consequentiam secum habeat, ita ut uix ac ne uix quidem separari queant. Nam si praescriptionem iam inchoatam interrumpit, adeo, ut de nouo debeat inchoari a tempore interruptionis, ita etiam interruptio perpetuationem habet annexam, ita ut proroget actionis uitam et faciat, ut actio, quae erat breuioris uitae, iam pro-

produetur ad annum quadragesimum *B. Brunnem. ad l. ult. C. de Prae-*  
*script. 30. uel 40. ann. et haec interruptionis praescriptio non aliter potest*  
*adimpleri, quam post effluxum triginta uel quadraginta annorum; Hinc*  
*etiam necessario argumentandum: Posita hac interruptione, ponitur quo-*  
*que perpetuatio actionis.*

*S. 14.* Nec dicti effectus sunt confundendi cum iis, quos  
citatio et conuentio producere solet; Siquidem illi regulariter consistunt  
in praescriptionis interruptione, non uero in actionis sive processus  
perpetuatione, quae praeprimis tribuitur effectui litis contestationis, ex-  
ceptionem tamen facere volunt. Dd. actionem realium, quemadmodum  
iam supra *S. 10.* dictum fuit. Non uero est negandum ad processum ri-  
te formandum et item contestandam praerequiri citationem *Riv. ad O.*  
*P. S. t. 10. En. 42. p. 382. et t. 16. En. 1. p. 531.* quae etiam legitime aduer-  
sario ipsi est insinuenda, nisi absens sit. *Perillustr. Berger. Econ. Iur.*  
*p. 267. n. 3.* Interim tamen citatio etiam illegitima per subsecutam cita-  
ti comparitionem comvalidatur. *Gail. L. 1. obs. 58. Suendendorff. ad Fibig.*  
*p. 145.* et uitium citationis per spontaneam comparitionem purgari uulgo  
statuunt; sed facta procuratoris eiusdemque speciali ad recipendas cita-  
tiones mandato desstituti, mandanti fraudi esse non posse; interim tamen  
eiusmodi facta in primis fauore publicae utilitatis sustinentur, publice e-  
nim interest ea, quae acta sunt in iudicio seruari potius, quam retro irri-  
ta fieri et uitiari, praesertim cum uix contingat, ut ea, quae per procu-  
torem tractata sunt ad mandantis notitiam non pertingant. *perillustr.*  
*Berger. Suppl. Elett. Discept. Forens. p. 15.*

*S. 15.* Requiritur quoque ad litis contestationis effectum, ut ea  
rite ac legitime sit peracta. Nam si a procuratore sine sufficienti man-  
dato instruto, facta, pro nulla habetur, nec effectum perpetuationis at-  
que interruptionis sortitur. Interim tamen uerum, quod litis contesta-  
tio speciale mandatum non requirat, siquidem litis contestatio fieri potest  
per alium, licet speciale mandatum ad litis contestationem non exhibue-  
rit, cum tale nullibi requiratur. *Carpz. Process. t. 5. art. 2. n. 30. seqq.*  
*Magnif. Wernber. Compend. Iur. l. 4. t. 10. S. 6.* et id obtinet tam in litis  
contestatione negative, quam affirmative facta; quia litis contestatio non  
refertur inter eos actus qui speciale mandatum requirunt. *Suendendorff.*  
*ad Fibig. Process. p. 514.* Siquidem id ipsum minus dubii habet, quan-  
do mandatum cum libera datum, quia illud complectitur actus, qui alio-

B

qui

qui speciali mandato opus habent, quod etiam obtinet iure canonico c. 4.  
de Procurat. in 6. et in foro Berger. E. D. F. p. 257. seqq. Sed facta semel  
litis contestatione negatiua, ei sine speciali mandato renunciare nequit,  
Berger. E. D. F. p. 403. seqq. et ad. Oecon. Iur. p. 1043. n. 5.

§. 16. Tandem quoque exigitur, ut actio, ad quam litis con-  
testatio fieri debet, instituantur in foro competente. Vbi tamen perinde  
est, num proposita sit in foro domicilii, sive rei sitae. Nam forum  
rei sitae iugiter attendendum, imo consultius esse, ut actor in foro rei  
sitae, quam in generali foro domicilii experiarur, idque ad facilitandam  
executionem l. nlt. C. Vbi in rem act. Et actio sive realis, sive in rem  
scripta in foro rei sitae institui potest. l. 56. et 62. de Procurat. Berger.  
Oecon. Iur. p. 934. et 936. n. 8. 10. et 11. Dn. Riu. ad. O. P. S. t. n. En. 7.  
p. 414. Si vero exceptio fori incompetenti a parte aduersa noui oppo-  
nitur, prorogatio praesumitur: Hinc si reus omisis exceptionibus fori  
declinatoris, dilatorias tantum obiciat, prorogatio, quamvis lis non  
dum contestata, facta censetur. l. 52. pr. n. de Iud. et per litis contesta-  
tionem exceptioni fori incompetenti tacite renunciasse, eoque iurisdic-  
tum protogalle, reus censetur. Meu. P. I. Dec. 239. n. 5. et Magnif.  
Wernher, in Disput. de Iurisdict. Siquidem etiam si actio iam intentata  
et per litis contestationem perpetuata regulariter ibi finienda ubi lis pen-  
det, quia in iudicio quasi contrahitur non tantum per sententiam, sed et  
iam item contestando Obrecht. de lit. cont. c. 10. n. 61. & 84. Brunnem.  
in Comment. ad n. t. 1. de Pecul. l. 15. n. 5. Mev. p. 2. Dec. 370. n. 3.

§. 17. Idem dicendum putamus de commissione, siquidem Iu-  
dices delegati non possunt recusari, si litigatores in eos uel expresse con-  
senserunt, Siehard. ad l. 16. n. 2. C. de Indic. uel si lis est contestata l. 6.  
& 4. C. de Iurisdict. omn. iud. Iob. Richier. Consil. p. 1. c. 64. n. 20. Hinc si  
lis iam est contestata, uel copta in commissione non de novo est incho-  
anda, tanquam nondum agitata, nisi hoc ipsum fiat per Reuisionem,  
quaes tamen in foro saxonico non est licita. Praeterea certum, litis pen-  
tentiam decernendo commissionem interrumpi non posse per illuſtr. Ber-  
ger. Oecon. Iur. p. 921. n. 16. Carpz. l. 2. R. 57. & in omni Rescripto subintelli-  
gitur clausula: Rebus sic stantibus Brunnem, in Comment. ad n. L. t. 1. 4.  
n. 3. praeprimitis quia Rescripta Principum regulariter rei iudicatae uim non  
habent, ideo potissimum spectatur, quod iudex prononciavit, non quod  
Princeps rescriptit. Meu. p. 1. Dec. 244. & Rescripto Principis non induci-  
tus

tur litis pendentia? *Carpz. R. Sect. 46. n. 25. l. 2.* Quando autem sine causa cognitione contra Iuris & Iudiciorum ordinem emanat, pro non interposito habetur, nec officit telas iudicariae *l. 7. C. de Precio. Imp. offer. l. 5. & l. fin. C. si contr. Ius uel util. publ. Meu. P. 1. Dec. 253. n. 5.* nec exinde praesumitur renunciatio processus, nisi expressis verbis etiam sufficienti declaratione & certioratione iurium reperiatur; Nam iuri ignorato nemo renunciat *l. 19. §. ult. m. de inoff. testam.* & ius quod sibi competere nescit, nemo censetur remississe *arg. l. ult. §. si nesciunt. C. de Furt. Gail. l. 2. obs. 4. n. 2. & obs. 77. n. 8.* Et cum haec ignorantia in muliere, rustico, milite et minore plerumque praesumatur *Dolner. de Renunciat. c. 1. n. 20.* omnino si cum his personis contrahendum pro cautela necessaria obseruandum, ut praemittatur certioratio sine declaratio iurium, quibus renuncandu*m Stryck de Cautel contratt. Sect. 1. c. 5. §. 6.* Hinc quoque quoniam renunciatio stricti iuris est, strictissime explicanda uenit. *Carpz. P. I. D. 58. n. 13.* nec ad non cogitata extendi ualeat *Gail. l. 1. obs. 98. n. 14.* & tandem ad eam speciale mandatum requiritur *l. 3. de accept. Stryck. de Cautel. contratt. Sect. I. c. 5. §. 5.* Praeterea quoque commissionis Rescriptum non operatur spontaneam desertionem, neque praeventionem, quia ad illam accusatio contumaciae deserentis *Berlich. P. 1. conel. 50. n. 180.* & 194. ad hanc uero legitima requiritur citatio *Meu. P. 3. Dec. 350. n. 2.* neque proceditur contra contumacem altera parte non instanti *L. 68. C. de iud. L. 15. §. 2. C. de Jud. Richter. Consil. p. 1. C. 48. n. 28. & 29.* Interim tamen ab arbitrio compromissario ante pronunciatum laudum recedere & ad ordinarium Indicem ire licet. *Richter. Consil. P. 1. C. 64. n. 18.* et ibid. citati. Dd.

§. 18. Quae hactenus de actionis perpetuatione prolata reperiuntur, maxima ex parte ad ius civili spectare uidentur, iam itaque considerandum quid iure Saxonico ea de re dispositum? Et merito dicendum, quod idem obtineat in hoc iuris puncto in iure Saxonico, quod dispositum in iure ciuili. Vbi tamen bene notandum, quod in iure ciuili quatuor regulares praescriptiones expressae, scilicet Mobilium, quae triennio, Immobilium, quae inter praesentes decennio, inter absentes uiginti annorum spatio, et iurium, actionumque quae triginta uel quadragesinta annrum lapsu perficiuntur, *pr. Inst. de Vfscap. et long. tempor. prae- script. l. pen. C. de Praescript. 30. uel 40. ann. et L. 3. et 4. C. cod. exceptis iis, quae in casibus specialibus uel breuius, uel etiam longius tem-*

pus requirunt: Iure vero Saxonico in duas saltem species sunt redactae,  
nempe annalem et tricennalem. Annalis, ein Jahr / sechs Wochen /  
und drey Tage est rerum mobilium, text. in **Weichbild** art. 21. ex gloss.  
**In Weichbild** art. 4. Tricennalis vero cum augmento Saxonica ein  
und dreißig Jahr / sechs Wochen und drey Tage rerum immobilium  
et incorporalium tam int̄o praesentes, quam absentes. **LandsR.** art. 29.  
**L.** 1. ibique gloss sine distinctione inter scrututes continuas et discontinuas  
**Zobol.** p. 1. **Diss.** 1. **Schneiderv.** **Iust.** de **Vsucap.** et long. tempor. **praescript.**  
**Carpz.** P. 2. C. 3. D. 3. et 5.

§. 19. Et, quod haec omnia, quas hactenus de perpetuatione  
et interruptione dicta sunt, iure quoque Saxonico locum habeant, cer-  
tissimum est: Nam a dispositione iuris civilis non est recedendum, nisi  
de speciali Iuris Saxonici dispositione uel obseruantia constet **Carpz.** d. 1.  
n. 25. arg. L. 35. C. de inoff. testament. et **Philipp.** in **Vsu Praet.** Inß. L. 2. t. 6.  
**Elog.** 31. n. 8. 9. et 10. Vbi quoque ad confirmandam nostram sententi-  
am sequens Responsum scriptum reliquit: Ist Adam habersburg ao.  
1585. verstorben und weil er keine Männl. leibes Lehns-Erben sondern  
nur eine Witwe und Tochter hinterlassen / haben dieselben bey gehal-  
tener theilung auch ein Stücke von obigen Ackerholz darein gezogen  
und obwohl die nächsten Agnaten damahls damieder protestiret / und  
Commission erhoben / sind sie doch Ao. 1592. in das Ordinarium Petito-  
rium gewiesen worden. Welches Sie auch Ao. 1602. erhoben / dar-  
auf unterschiedene Termine bis Ao. 1609. vorgegangen und gehalten  
worden. Nachdem aber Ao. 1609. Euer Vorfahren zu Erfahrung  
der Unkosten/ anderweit umb gnädigste Commission angefuchet / und  
nicht erhalten/ ist die Sache also erschien blieben / bis endl. Ao. 1641.  
euer Vetter Wolff Habersberger eine Commission erhalten / so auf euer  
unterthänigst bitten / nach euers Vater tode renouiret worden. Ob  
nun wohl diese Sache von Ao. 1609. an / eine ziemliche geraume Zeit  
stecken blieben / auch aus dem Amt Greyberg eurem Vater / Wolff  
habersbergen nur eine Sächsische Frist zu Anstellung des Petitorii,  
in zweyen Bescheiden ertheilet worden und in zwischen Adam Habers-  
bergers Witwe und Erben dieses freitige Stücke des Holzes an Hanz-  
sen Schumann Ao. 1623. verkauft: Dieweil aber dennoch albereit  
Ao. 1602. eine ordentliche Klage im Petitorio erhoben / und durch uns-  
terschiedene Citationes und gehaltene Termine die Praescriptio interrum-  
piet

pirat das einmahl fundirte Iudicium anderer Gestalt nicht / als durch  
ein 40. Jähriges Stille schweigen auch im Sächsischen foro praelcri-  
biret wird &c. So kan euch auch von Hans Schumanns Erben keine  
Praescription mit Bestande opponiret werden und haben sie sich wies-  
der euch damit nicht zubehelfsen. De hoc ipso quoque uideri potest  
*Carp. Dec. 218. n. 09. seqq.*, qui etiam adhuc aliud de eadem materia ibi-  
dem *n. 18. seqq.* refert Responsum ubi quoque *n. 21. seqq.* haec adiicit;  
Hanc quadragenariam praescriptionem, de quo iam nobis sermo est, in  
foro Saxonico haud abrogatam esse, et idem illud patescere ex *Conſt.*  
*Elect. 5. P. 2.* Siquidem ea ad praescriptionem aduersus Ecclesiam alia-  
que pia loca quadraginta praecise annos requirit, et relicta in foro Sa-  
xonico praescriptione quadragenaria, quid causae esset, ut non etiam in  
eas iuri praesenti excepto obtineret?

§. 20. Hoc non tantum a Lipsiensibus sed etiam Vitembergensi-  
bus Collegii receptum esse testantur sequentia. Nam per illius Berger.  
Oecon. Iur. L. 2. t. 2. §. 26. n. 13. Magnif. Wernber. Compend. Iur. L. 2. t. 7.  
§. 22. et alii, ad unum omnes afferunt, quod si actor cooptam litera omit-  
tat, nec eandem persecutatur, interpellationis judicialis effectus sit, quod  
actio extempore ultimae cognitionis usque ad quadraginta annos perpe-  
tuetur. Quare etiam non ita pridem hanc opinionem per sententiam leu-  
terationis confirmarunt, ubi in rationibus ab aduersa parte desideratis ita  
responderunt: Obwohl die Besitzer des guten G. vormahlen bey der  
Posse uel quasi des besugnisses mit ihren Viehe auf der N. March zu  
hieten geschützt worden und die von Beklagten zu beweis ihres Be-  
sugnisses angegebene Zeugen ad art. II. fol. 256. eydlich deponiret / wie  
das Hauf G. von 32. 40. 41. und 42. Jahren diese Marke mit ihren  
Rind-Viehe betrieben und daselbst gehütet / auch Test. 1. et 5. ad Inter-  
rog. 9. dict. act. dass solches nicht heimlich geschehen / sondern das Vieh  
öffentliche gehütet worden / ausgesaget; Hingegen was derer Klägere  
Zeugen bey dem Gegenbeweise von einigen Pfändungen deponiret meis-  
tentheils das Schaaß-Vieh / so anieko nicht in lite, angehet / beklagte  
auch hierbey nicht acquisierte / weniger klägere ein Ius prohibendi wie-  
der beklagte beibracht / auch auf die allererst nach verlorenen fatali-  
des Gegenbeweises ad Acta gebrachte Rotulos keines wegcs in dieser  
Sache das abssehen gerichtet werden mögen / diesem nach dass es bey  
dem vorher gesprochenen Urtheil billig zulassen gewesen / es das Anse-  
B 3

herrn

hen gewinnen könne; Dieweil aber dennoch das beflagte vormahlē in possessorio geschützt worden / ihnen antezo in peritorio zu behauptung eines befugnißes nicht zu statten kommen kan; klägere hinzegen nach Inhalt des fol. 39. Vol. 3. befindlichen Urheils und derer darauf erfolgten Abschide fol. 96. und 105. das Eigenthumb an der R. Mark gebührend becheiniget und dahero deuenseilben ein Ius prohibendi zu erweisen / nicht obgelegen / sondern vielmehr der Beweis des befugnißes mit dem Kind Viehe auf die libellire Mark treiben und hüthen zu lassen denen beflagten per rem iudicatam auferlegt worden; So viel aber dem angemassen Beweis anlangt/ daß berius Ao. 1668. beflagte das angegebene Befugniß per praescriptionem erlanget / nicht beygebracht worden / in erwelten Jahre aber die Gemeinde zu D. wied der den Besitzer des Guthes G. klage erhoben und dieser wie ex fol. 47. seqq. deutlich zu ersehen sich darauf den 18. Jul. des 1668. Jahres entlassen / immassen solche Einlaßung dasselbst nicht alleine wegen I. W. B. des Pächters / sondern auch wegen des Eigenthumb Herrn C. A. B. allerdinges geschehen und dessen Mandatarius von der protestation fol. 45. da durch wieder abgegangen/ hingegen von solcher Zeit an bis Ao. 1705. da die iczige Klage erhoben worden / keine Zeit von 40. Jahren verflossen / durch die obgedachte litis contestation aber / so Ao. 1668. geschehen / nicht nur die vorhin angefangene praescription interrumpiret / sondern auch der Klägere action vergestalt perpetuiet worden/ daß Be flagte von solcher Zeit an eher nicht als nach abläuft 40. Jahren so a nouissima cognitione zu computiren / von neuen ein Recht wieder kläger erlangen mögen l. fin. C. de Praescript. 30. uel. 40. ann. l. l. §. 1. C. de annal. except. Carpz. Dec. 218. et Habn. ad Wesembec. tit. de in ius soc. n. 13. Daher sie auch nicht das tempus, so vor Ao. 68. verflossen/ mit demienigen / so nachhero verlauffen/ zusammen rechnen können / welches doch von denen bey den Beweis abgehörten Zeugen geschehen/ dahero deren Aussage gestalten Sachen nach denen beflagten zu behauptung einer praescription nicht zu statten kommen mag &c.

§. 21. Actione instituta , liceque contestata, actio et negotium in judicium deductum est in suspenso , quodque etiam tamdiu durat, donec praescriptio triginta uel quadraginta annorum sit adimpleta, adeo, ut actus intermedii nullum effectum praescriptionis habeant, sed tantum pro iis qui durante adhuc lite perpetrati, reputentur. Quo etiam fieri potest,

potest, ut actor, currente adhuc praescriptionis tempore, aliam atque ali-  
am ex eadem causa instituere queat actionem, qua etiam, si reus litis pen-  
dentiā non urgens de nouo respondet, eo magis interrupitur et per-  
petuatur, exinde tamen non dubitandum, eandem actionem iam ante  
institutam in iis terminis iterum posse continuari, quibus erat omissa; si  
nemo alia atque plane noua de eadem causa proposita sit actio, minime  
dicendum, quod actor ab actione priori animo deserendi desistere uolue-  
rit nec et praecidicare potest, quod priorem actionem non continuauerit,  
quia non actions, sed causae continuatio hoc loco necessaria est, et  
si eadem causa per aliam actionem sive libellum de nouo sit proposita,  
non est negandum quia eo ipso continuatio procedat, et tandem sufficit,  
si pars tempus ad hanc praescriptionem destinatum silentio praeterire non  
suerit, sed quoconque modo intra tempora licita causam continuauerit.  
Hinc collegium L. Iuridicum in eodem §. 19. proposito casu di-  
uersimode pronuncianit et sibi metipsi contrarium fuit, quod ita factum,  
ut, lata prius sententia, postea vero exacto ab eodem Collegio in eadem  
causa Responso, sequentem in modum rescriperint: Hat die Gemeinde  
zu D. No. 1667. wegen der Hüthung auf den March R. wieder den  
Pachter ingleichen dem Eigenthums Herrn des Gutes G. Nahr-  
mens C. A. B. eine Negatorien flage angestellt/ worauf dieser auch  
No. 1668. am 18. Jul. item contesstiret/ die Sache aber nach diesen/ ohne dass hierüber erkundt worden wäre/ liegen blieben/ bis ermelte  
Klägere No. 1705. eine ander weitige Klage aus eben der Ursachen wie-  
der den siegler besiger I. S. B. erhoben/ worinnen beweiss und gegen-  
beweiss geführet und von des beklagten Zeugen/ dass die Besitzer des  
Hauses G. von 30. 40. 41. und 42. Jahren her der streutigen Hüthung  
mit ihren Kind=Diebe öffentlich sich gebraucht ausgefaged worden/  
Es steht aber die Gemeinde in den Gedachten/ dass nichts desto wes-  
niger beklagte hieraus einige praescription und befugniß nicht erhärtet  
könne und verlanget zu wissen ob/ und wie weit Sie dieffalls ges-  
gründet seyn möchten: Ob nun wohl nach Sachsen Recht/ wenn ei-  
ner dreysig Jahr/ Jahr und Tag auf des andern Felde mit dem Vie-  
he gehüthet/ davor gehalten wird/ dass er durch diese über rechts/ ver-  
wahre Zeit exercire actus einer servitut und gerechtigkeit acquiriret  
und damit von einer angestellten actione Negatoria absoluiret werden  
möste/ Dieweil aber demnach in gegenwärtigen fall bereits No. 1667.

Die

die hütung auf der March R. in item deduciret und dergestalt per-  
petuiret / daß die immittelst vorgenommene behüthung der March / an-  
ders nicht / als vor pendentia adhuc sita geschehen zu achten / vergleichen  
aber den effectum legitimae possessionis et præscriptionis zuerlangen nicht  
geschickt seyn / sondern wenn das Besugnis dadurch beygebracht wer-  
den solte / solche ihren Anfang dreyzig Jahr / Jahr und Tag vor der  
Ao. 1667. erhobenen Klage genommen haben müste / diesem auch / daß  
nummehr von selbiger Zeit an die zur præscription eines Processus er-  
forderte Zeit würtlich abgelauffen / nicht entgegen stehet / indem ehe sol-  
ches geschehen eine neue Klage angestellet und besagte præscription auch  
deren cursus dadurch umb so vielmehr interrumpiret worden / da be-  
klagter ohne bedencken sich darauf von neuen eingelassen und die Be-  
reits pendentiam litis nicht urgiret nach mehren Inhalt &c. So hat  
auch I. S. B. aus seiner Zeugen deposition eines besugnisses und absolu-  
toriae von der wieder ihn angestellten actione negatoria sich nicht zu  
erfreuen / Vt eo melius differentia et disconuenientia horum pronuncia-  
torum uideri queat , operae pretium ducimus , prioris huic contrariae ra-  
tiones decidendi subiungere . quae sunt sequentes . Dieweil aber dennoch  
Rl. den Process. in Act. sub D. nicht continuiret und also hier die per-  
petuatione actionis gar nicht die Frage ist / sondern klägere vielmehr in  
gegenwärtiger Sache eine neue Klage angestellet und in dem geführten  
beweis des Besugnisses / beklagte / daß Sie von Zeit der angestellten  
Klage bis Ao. 1667. und 1668. zu welcher Zeit durch die damahls un-  
ternommene Pfändung und angestellte Klage die vormahlig angese-  
gene Verjährung interrumpiret / über 30. Jahr / Jahr und Tag und  
also über Rechts verrohrte Zeit mit ihren eigenen Kind-Biehe auf  
der R. March treiben und hüthen lassen / ausgeführt / immassen denn  
aus denen fol. 163. h. A. befindlichen Rationibus decidendi und der das  
selbst angezogenen Aussage deutlich erhellet / daß das Hauf G. von 32.  
bis 40. und mehr Jahren das betreiben und behüthen mit ihren Kind-  
Biehe auf gedachte March frey / öffentlich und beständig exerciret / bei  
welcher bewantniß und da wie albereit erwähnet / alhier nicht die qua-  
stio de perpetuatione actionis , sondern de acquirendo iure per præscri-  
ptionem uentilaret wird / zu welchen letzten 30. Jahr / Jahr und Tag  
sufficient , beklagens beweis des besugnisses vor zulängl. zu achten . Por-  
ro quoque dicendum quod neque emendatio , neque mutatio libelli hoc

in

in casu aliquid praecidicium afferat et multo magis tunc, quando nihil ea de re obiciatur. Et si prae scriptio per citationem et litis contestationem interrupta, reum emendatio libelli nihil iuuare potest, cum per eam prae scriptio semel interrupta non redintegratur, et hoc ideo, quia mutatio libelli ipsam actionem iam ante institutam non cessare facit, aut tollit, sed eam potius confirmat, et mentem ac intentionem actoris in actione ulterius procedendi satis superque declarat, et si etiam omnino actionem priorem sublatam largiamur, prae scriptio tamen per citationem et litis contestationem interrupta, nequaquam redintegratur, sed sublata etiam actione, interrupta manet, usque dum ab eo tempore denuo fuerit adimplenta *Carpz. Dec. 223. n. 10. 17. et 23.*

§. 22. Interim tamen hoc loco non immerito cum *Carpz. c. l. n. 18. seqq.* distinguimus inter actionem ipsam et libellum actionis, qui potissimum in petitione uires suas exerit, quae licet mutetur aliquando, ipsa tamen actio, quae in uindicatione subsistit, etiam durat in reum directa, qualisunque tandem satisfactio petatur, quod tamen aliter se habet, si fundamentum ipsius actionis immutetur, alia et plane noua facta, aliaeque eorum qualitates, uel noua plane actio inseratur libello, ita ut prior actio penitus tollatur, nec enim tunc candem uentilari actionem, nec priorem durare facile concedendum *Carpz. c. l. et Chil. Röting in Process. c. 53. von Änderung der Klagen n. 2. § 3.* Sufficit itaque, ut supra §. 12. dictum est, ad litis contestationis effectum libellus generalis, obscurus et incertus; siquidem generalis peritio sufficit ad interrumpendam prescriptionem in omnibus, quae sub illa generalitate comprehendi possunt, et procedit parte non opponente, et potest libellus in processu ex actis, praesertim et probationibus declarari *Brunnem. ad l. 3. C. de An nal. Except. n. 6. 7. 8. et ibid. Dd. et id minus dubii habere potest, si priori libello clausula salutaris adiecta, quae illum etiam, iuxta petitum posterioris libelli sustinet, ita nimurum, ut illa ipsa actio, quae semel fuit instituta, adhuc uentilaretur, nec reuera mutatio libelli facta censematur, clausula enim ea libellis apposita non modo omnes defectus petitionis in libello supplet *Iob. Siehard. in l. 13. §. 6. n. 18. C. de Iudic. in tantum, ut libellus quoque generalis et ineptus per illam saluetur per Guid. Papas Decif. Gratianopolis. 263.* sed etiam eius est efficacie, ut uirtute illius omnis actio, omneque remedium competens et resultans ex narratis in iudicium uideatur deductum *Joseph. Lüder. in Decif. Perusin. 117.* Nam ad-*

iiiciens hanc clausulam censetur iudicem interpellasse, ita, ut officium suum imperari possit. *Carpz. Dec. 213. n. 20. 21. et 22.*

§. 23. Quod haecenius dictum fuit illud non est extendendum ad Possessorum, siquidem notum, quod Possessorum summarissimum non possit in petitorio pro interruptione praescriptionis allegari, sed euentus Petitorii sit inspiciendus, et haec iudicia ordinariis nullo modo praeiudicare possunt. Hinc quoque is, qui in possessorio obtinet, non potest ratione petitorii victorianam sine exceptionem rei iudicatae obiucere et per consequens petitorium impedito *L. 10. C. de acquirend. posses. Struui Compend. Digest. l. 41. de Vfscap.* Sed, hoc non attento, adhuc potest petitorum instituere, et si actor contra possessorem obtinet, et tunc licet praescriptione ante tempus rei iudicatae completa esset, illa tamen per citationem aut litis contestationem est interrupta *per illuſtr. Berger. Oecon. Iur. l. 2. t. 2. n. 5 Magnif. Werner. Compend. Iur. l. 2. t. 7 §. 20.* que interruptio etiam non tantum facit, ut coepita praescriptione non possit adimpleri *L. 2. n. de Vfscap. et Vfscap. Struui. c. l. 1b. 18.* sed etiam malam fidem operatur, quea centenariae quoque atque immemoriali praescriptioni obstat, ita, ut exceptio malae fidei ad decem millia millionum opponi possit. *Klock. de Contrib. L. 10. sect. 2. n. 40. et Berger. Oecon. Iur. l. 2. t. 2. §. 25. n. 1.* Haec quoque ad exceptionem trahenda iam *cit. Berger. n. 10.* assertit, ubi simul tradit, quod etiam excipiendo praescriptione interrumpi quacat.

§. 24. Actione vero semel instituta et per litis contestationem perpetuata, ipsius praescriptione non currit, etiam si interea dum litigatur bis quadraginta anni elapsi fuerint, nec tempus tractae litis est attendendum, et in praescriptionem imputandum, nisi iurum actio silentio tradatur et noua praescriptione currere incipiat, que ab eo tempore inchoanda, quo litigantes nouissime concuerunt, *l. fin. C. de Praescript. 30. uel 40. ann. et l. 1. §. 1. C. de annual. except.* ubi tamen notandum, iure nouissimo esse constitutum, ut praescriptionum Iura, durante præterlapsu bello, quiescere debeant *R. I. de Ao. 1654. §. 172. Engelsbrecht. Compend. Iurispr. l. 44. t. 3. de diuers. temp. praescript. §. 5. n. 2. Instrum Pac. Ofiab. ar. 4. §. 50.*

§. 25. Adhuc dubium moueri potest, num sola litis contestatio ad effectum interrumpendi et perpetuandi actionem sufficiat, num vero iuper sententia sit ferenda? Placet itaque prius; quia nulla sententia ad hunc effectum est necessaria, sed sufficit sola litis contestatio; nec argumentatio a citatione ad litis contestationem in hoc passu est admittenda, siqui-

siquidem etiam, num hoc loco sententia sit expectanda, valde dubitatur, et a Carpz. Dec. 223. n. 11. 12. 13. et 14. et per l. 2. n. de Praescript. negatur, quod ad triennalis praescriptionis interruptionem de iure civili requiratur sententia definitiva, autumans, quod potius sola citatione interrumpetur. Deinde quoque magna differentia est inter citationis et litis contestationis effectum, illius enim saltem est interruptionis, huius uero et interruptionis et perpetuationis Perilliffr. Berger. Oecon. Iur. l. 2. t. 2. §. 27. n. 83. et si prius super litis contestatione sententia esset ferenda, tunc non litis contestatio, sed potius sententia foret praescribenda, siquidem haec tringinta tantum, illa uero etiam quadraginta annis praescribitur c. Berger. Oecon. Iur. l. 2. t. 2. Quamprimum itaque adeat litis contestatio, ipsius effectus quoque adesse, non est diffidendum: Censetur uero litis contestatio facta, quando actor intentionem proponit, et reus animo item contestandi ad illam aespontet. l. unie. C. de lit. contest. prae sumitur uero animus item contestandi ex responsione et contradictione ad intentionem principalem actoris. Ord. Cam. P. 3. t. 13. §. und nachdem &c. modo non in specie protestetur de lite non contestanda Mynsing. P. 3. O. 74. Lauterb. ad n. l. 5. t. 1. de Iud. E.

§. 26. Hisce libatis, non est negandum litis contestationem certo modo referri posse inter quasi contractus l. 3. §. II. n. de Pecul. quia in iudicio quasi contrahitur, inde etiam inter litigantes talis oritur obligatio, ut alter invito altero non possit a iudicio coepio resilire Autb. semel. C. quomodo et quand. Index. interim tamen litis contestatio non peculiarem producit actionem, sed potius adhaeret iudicio constituto seu obligationi. Hinc B. Stryk. in Vj. Modern. Pand. Sect. I. n. 9. de act. quae ex quasi contrav. oriunt. §. 18. seq. haec profert, quod hic non alia quam iudicati nascatur actio, ad praestandum illud, quod alteri per sententiam adjudicatum, quapropter litis contestatio cum iudicato coniungenda, nec pro diversis quasi contractibus reputanda. Dicendum itaque in litis contestatione eatenus latitare quasi contractum, quatenus alter litis se committendo, tacite se obligasse uidetur ad illud praestandum, quod adjudicatum fuerit, ut inde implementum obligationis ex litis contestatione oriundae, dependeat ex futura sententia, sententiae uero effectus retrahatur ad tempus litis contestationis, ob quam causam etiam mala fides quae per litis contestationem inducitur, revera nondum adeat, nisi postquam res per sententiam cuicta l. 25. §. fin. n. de Vsur. Nec Thom. Careluali tract. de iudice.

*Ab. tom. 2. t. 2. Disp. 1. opinio est aspernanda, qui nempe ex litis contestatione et iudicato diuersos quasi contractus constituit, ita ut si litis contestatae obligentur partes ad prosequendum iudicium usque ad sententiam, nec possit unus inuito altero a iudicio coepito resilire. Auth. quisemal. C. quomodo et quand. Index. per sententiam uero nascatur obligatio ad parentum sententiae, seu praestandum illud, in quod condemnatus pro qua opinione addunt Bartol. S. idem scribit. n. 7. m. de Pecul. Interim uerum manet in plerisque casibus litis contestationem cum iudicato coniungendam et effectum, qui litis contestationi tribuitur ex iudicato deriuendum esse. Plura uideri querunt apud Obrecht. in tr. de lit. contest. c. [10. §. 11. seqq.*

*S. 27. Tandem quoque, litis contestatione semel facta et prodect et nocet heredibus tam rei, quam actoris. I. fin. C. de Praescript. 30. uel 40. ann. exceptio tamen est in accusationibus criminalibus, ubi regulariter poena accusato mortuo non transit in heredes, nisi uiuo delinquenti condemnatio fecuta fuerit. Stryk. Vf. Modern. Pandect. Seſt. 1. n. 9. §. 29. nec potest ullo modo tolli, nisi per renunciationem expressam sive litis contestationis, sive etiam actorum, et tandem quoque per sententiam latam, porro etiam ipsa praeescriptione triginta vel quadraginta annorum, quae tamen cum aliis praescriptionibus, quae tanto quoque temporis spatio sopiri solent, non est confundenda. Et contra praescriptionem semel completam non datur rescissio, et si actio ea de re in iudicium deducta, statim reiicitur, opposita nempe exceptione praescriptionis, quae etiam in ipso limine iudicii opponenda, et si omissa, potest tamen suppleri a iudice, modo sufficienter et non alia obstante dubitatione appareat ex actis. Röck. Vol. 1. Confil. 37. n. 349. Carpz. p. 1. C. 25. D. 1. Zanger. de Except. p. 3. e. 26. n. 10. et hoc ideo, quia qui tempore liberatur, comparatur ei, qui satisfecit. I. 45. inf. π. de Administr. tutel. Modo actio sit nata, nec aliud impedimentum obstat legitimum; Nam ubi nondum actio competit, ibi nulla culpa imputari ualeat, et non ualenti agere non currit praescriptio. I. fin. §. 2. C. de Annal. except. Stryk. Vf. Modern. Pandect. Seſt. 3. de Praescript. art. m. 1. Hisce dictis, hic supersedemus, et, quae adhuc desiderata uidentur, ea merito relinquimus iis, qui ingenio et eruditione et apparatu instructiores et excellentiores praedicandi; De cetero uero pro hocce beneficiorum genere Deo T. O. M. gratias agimus immortales, eumque ex animo precamur, ut sua gratia atque clementia iugiter nobis adesse et assistere uelit.*


F I N I S.

Wittenberg, Diss., 1714




Sb.

KD.18



Farbkarte #13



Q. D. B. V.  
DISPV TATIO JVRIDICA  
DE

# PERPETVATIONE ACTIONVM,

QVAM,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
DOMINO

FRIDERICO AVGUSTO,  
PRINCIP E REGIO ET SAXONIÆ  
HEREDE ETC. ETC.

PRÆSIDE

CHRISTIANO Hoffmann  
PHIL. ET I. V. D. ET CONS. ECCL. ADV.

IN AUDITORIO JVRIDICO  
DIE NOV. M. DCC. XIV.  
PVBЛИCE VENTILANDAM  
PROPONET

IO. GODOFR. NVRNBERGERVS,  
ADVOC. IMMATRICVL. ET NOT. PVBL. CÆS.

---

VITTEBERGÆ  
LITERIS HORNIANIS.